



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Sententia i. Esaiaë liij. Verè languores nostros ipse tulit &c. Ivij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

Ephes. 1.

tam acerbam unigeniti filij passionē ferre poterat: quomodo sol adspicere nequibat? Nimirum tu Deus, diues in misericordia, propter n. miam Charitatem tuam, quod dilexisti nos, cum essemus mortui peccatis, conuulsificasti nos uolebas in Christo: cuius gratia saluati sumus. quod factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis aeternae. Et non est in alio aliquo salus.

Heb. 5.

Ago. 4.

Passionis Christi maximam esse potentiam: & ad id solum hominem pertinere.

CAP. LVI.

Bernard. ser.
de Passione
Domini.

Heb. 1.

Philip. 1.

Patet quia haec Passio potentissima est ad exheredandam Priendam omnium genera peccatorum. Sed quis scit, quomodo data est mihi? Mihi data est, quia alteri dari non potuit. Nunquid angelo? Sed ille non eguit. Nunquid diabolo? Sed ille non resurgit. Denique non in similitudinem angelorum, sed in similitudinem hominum factus est. & habitu inuentus ut homo, exinanit semetipsum formam serui accipiens. Filius erat: & factus est tanquam seruus. Non solum formam serui accepit, ut scilicet esset: sed etiam mali serui, ut uapularer: & serui peccati, ut poenam solueret, cum culpam non haberet.

SENTENTIAE S. SCRIPTURAE DE
Passione & Morte Christi D.N.

SENTENTIA I. Esaiæ 53.

Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: & nos reputauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum. Ipse autè vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra; disciplina pacis nostrae super eum, & liuore eius tincti sumus. Omnes nos quasi oues errauimus, & quisque

quisque in viam suam declinavit: & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est, quia ipse voluit.

PARACLESIS.

Nullam admiserat culpam Christus D. N. ob quam supplicium mereretur. At voluit pro nobis pati: ut à nobis debitam pœnam auerteret. Languores nostros, non suos, hoc est, peccata nostra ipse tulit: & dolores nostros, id est, supplicia, quæ pro peccatis nostris merebamur, ipse portauit. Pro nobis infirmus fuit in cruce: & defuerunt omnino infirmorum solatia. Pro domo habuit caluaria montem, pro lecto duram crucem, pro cervicali coronam spineam, pro dapibus fel & acetum. Sedit in cruce, nec erat qui illi calicem aque frigida porrigeret. Atq. hos acerbissimos cruciatus, ô homo, Christus sustinuit propter te, ut te attraheret ad se. Ideo caput habet inclinatum, ad te osculandum: brachia extensa ad amplexandum, manus perforatas ad largiendum, & totum denique corpus expositum ad te liberandum: ut sic eum figas in corde tuo, qui pro te fixus fuit in crucis patibulo. Ama amantem te. sequere cum crucis præsentem te. Denique dum terreris peccatorum multitudine, Mors Domini in mentem veniat. Extendat enim brachia sua in cruce, & expandat manus suas, paratus in amplexus peccatorum. Dic cum S. Augustinus: Inter brachia Saluatoris mei, & viuere volo, & mori cupio. Ibi securus decantabo: Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me.

CAPVT
LVII.

1. Pet. 2.

August. lib.
Manual. cap.
23.

Psal. 19.

R 4

SENTEN-